



# BULLETIN DE L'INSTITUT FRANÇAIS D'ARCHÉOLOGIE ORIENTALE

en ligne en ligne en ligne en ligne en ligne en ligne en ligne en ligne en ligne en ligne en ligne

BIFAO 30 (1931), p. 17-26

Carolus Wessely

Synopsis floræ magicæ.

#### Conditions d'utilisation

L'utilisation du contenu de ce site est limitée à un usage personnel et non commercial. Toute autre utilisation du site et de son contenu est soumise à une autorisation préalable de l'éditeur (contact AT ifao.egnet.net). Le copyright est conservé par l'éditeur (Ifao).

#### Conditions of Use

You may use content in this website only for your personal, noncommercial use. Any further use of this website and its content is forbidden, unless you have obtained prior permission from the publisher (contact AT ifao.egnet.net). The copyright is retained by the publisher (Ifao).

#### Dernières publications

9782724711622	<i>BIFAO 126</i>	
9782724711059	<i>Les Inscriptions de visiteurs dans les Tombes thébaines</i>	Chloé Ragazzoli
9782724711455	<i>Les émotions dans l'Égypte Ancienne</i>	Rania Y. Merzeban (éd.), Marie-Lys Arnette (éd.), Dimitri Laboury, Cédric Larcher
9782724711639	<i>AnIsl 60</i>	
9782724711448	<i>Athribis XI</i>	Marcus Müller (éd.)
9782724711615	<i>Le temple de Dendara X. Les chapelles osiriennes</i>	Sylvie Cauville, Oussama Bassiouni, Matjaž Kačičnik, Bernard Lenthéric
9782724711707	????? ?????????? ??????? ???? ?? ???????	Omar Jamal Mohamed Ali, Ali al-Sayyid Abdelatif
???	????? ?? ??????? ??????? ?? ????????? ?????????? ??????????????	
????????????	???????????? ??????? ??????? ?? ??? ??????? ??????;	

# SYNOPSIS FLORÆ MAGICÆ.

SCRIPSIT CAROLUS WESSELY.

Viro doctissimo LORET, de Ægyptiorum veterum litteris investigandis optime merito eidemque plantarum historiæ egregie studioso quid gratulabundus offeram circumspicienti mihi in mentem venit multa de plantarum usu et notitia in papyris magicis Ægyptiacis narrari. Itaque animus fert de plantarum magicarum nominibus papyris magicis adhibitis nonnulla disputare. Et primum quidem inquirendum est, quinam factum sit, ut homines plantis magicam quandam vim attribuerint.

Constat hominem inter omnia animantia natura vel maxime inermem esse, dum summa undique pericula minentur. Canem si exceperis nonnullarumque avium genus, animalia et magna et parva homini hostilia sunt, hominem mortiferis vulneribus si possunt adficiunt. Nonne etiam in plantis, herbis arboribus fruticibus, vis quædam hominibus inimica latet? nam in falsa specie fructuum gratorum olerumque utilium venena abscondita sunt quæ cum morbos tum mortem imperitis ferunt. Nonne mirum est in uno eodemque fundo et utiles herbas crescere et pestiferas, et cerealia pomaque ali et lolium atriplicemque? Hodie quoque homines minus periti veneno plantarum sublati pereunt, nedum antiquis temporibus ubi notitia herbarum minus divulgata erat. Quo timore homines perterritos esse putatis, cum tantam vim herbis inesse viderent, ut causa morborum mortisque esset, amentię, insanię, furoris? Itaque toti rerum naturæ dæmones inesse, opinabantur cum amicos tum inimicos, hos plantis venenosis illos utilibus inesse, aut certe his malas herbas sacras esse illis utiles<sup>(1)</sup>. Ipsa florum et arborum figura colorque tristis aut hilaris, succus et fructus grato gustu iucundus aut acer amarus venenosus, indicabant, cui deo, utri deorum generi plantæ sacræ essent, utrum Orci

<sup>(1)</sup> δαίμων ᾧ ἡ βοτάνη ἀνέρωται Papyrus Paris. 2973.

Bulletin, t. XXX.

tristis an Olympi. Quæ cum ita sint, herbæ quæ ad magiam pertinent, hominibus aut utiles aut periculosæ sunt earumque notitia et rectus usus summi momenti. Iam Homerus in *Odysseæ* carmine xv. 213 Circe herbarum magicarum venenis Ulixis socios in formas luporum suum leonum commutasse, Mercurium moly planta adhibita pristinam eis hominum formam reddidisse narrat. Medea Ovidio auctore (*Metamorph.* vii. 224 sq.) quas Ossa tulit quas altum Pelion herbas, Othrys quas Pindusque et Pindo maior Olympus, perspicit et placitas partim radice revellit partim succidit curvamine falcis aënæ. Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis, multa quoque Amphrysi, neque eras immunis, Enipeu, nec non Peneus nec non Spercheïdes undæ contribuere aliquid iuncosaque litora Bæbes carpsit et Euboica vivax Anthedone gramen.

Præter Thessaliam etiam Etruria Mesopotamia Persis Caucasus Scythia herbis magicis claræ erant<sup>(1)</sup>, item Ægyptus, ubi papyri magicæ, quibus nomina et usus plantarum magicarum plurimarum traduntur, repertæ sunt. In usu magico erant herbæ et gramina<sup>(2)</sup>, flores<sup>(3)</sup> succus<sup>(4)</sup> radices gallæ<sup>(5)</sup> caules arborumque fructus, coni,<sup>(6)</sup> ligna<sup>(7)</sup> resina ad thurificandum. Quædam plantæ magicæ sacro quodam ritu qui in papyro Paris, l. 2967. 3006 ss. describitur a rhizotomis effodiebantur<sup>(2)</sup>. Quæ plantæ plantarumque partes et qua ratione adhibendæ fuerint, ad quem magiæ finem, in quo magiæ genere, hæc omnia in papyris magicis accurate narrantur, quas totas hoc loco exscribere longum est; plurima doctissime exposita invenies in libro Theodori HOPFNER, *Griechisch-ägyptischer Offenbarungszäuber* (Lipsiæ, 1921), p. 114 ss. Hoc loco mihi curæ erat, ut *plantarum magicarum nomina* ex papyris in unum congererem quibus nonnulla ex Plinio et Dioscuride, quia æquales fere erant, excerpta addidi. Lectores revoco ad indices locupletes, quibus editionem meam papyrorum magicarum in memoriis academiæ Vindobonensis vol. 36 et 42 instruxi, ubi Paris, significat papyrum bibliothecæ nationalis, L papyrum

<sup>(1)</sup> Cf. HOPFNER I. 116.120.

<sup>(2)</sup> πάσας Pap. Paris 3002.

<sup>(3)</sup> άνθη ib. 334. 2995 τὰ τοῦ καιροῦ 1862  
2189 καιρικά W 24,1 τῶν ἄστέρων W. 9.11;  
10.41; 1.22.

<sup>(4)</sup> χυλὸς ἀρτεμισίας Pap. Paris 2173. 2393.

κατανάγκης 1318. κεντρίτιδος βοτάνης 773.

<sup>(5)</sup> κηρίς ὀμφακίνη X.14.5.

<sup>(6)</sup> στροβίλια Pap. P 74. 245, W 23.33.

<sup>(7)</sup> ξύλον ἐρκεύθινον Pap. Paris 2641. 2664  
μορέας 1842 ἀμπέλια 307. 2895 ἰτείνους  
2397 ἐλαίων 31.

musei Ægyptiaci Parisini, *A* et *a* papyros Londinenses, *p* et *P* Berolinenses, *V W X* Leidenses.

*Acacia vera*: ἀκακία Pap. Paris. 2106; Plinius 24.67; *a* magis vocabatur αἷμα ἀπ' ὤμου Pap. V 12.17 (sanguis ab humero).

*Acanthus spinosa* L., *A. mollis* L.: ἄκανθα Pap. L. 208; V 13.8; X 12, 35. ἄκανθος Αἰγυπτία V 3.25.

Achæmenis Plin. 24. 101; 26. 9.

Adamantis Plin. 24. 101.

*Adiantum* ex Pamphilo notum cf. Hopfner I. 120.

Æschynomene (an *Mimosa pudica* L.?) Plin. 24. 101.

Æthiopsis sive Merois Plin. 24. 101 Αἰθιοπικὴ π[ό]η *a* magis vocabatur ἀφόδευμα κροκοδείλου Pap. V. 12, 17.

Aglaophotis nascitur Plinio 24. 102 teste in Arabia frontibus, magis gratissima; ἀγλαοφωτίδος Pap. p. 249, v. *Paeonia officinalis* L.

*Agrostis spec.*: ἄγρωσις ex Pamphilo nota cf. Hopfner I. 120.

*Allium sativum*: Pap. Paris 936. 2585. 2651 σκόρδον μονογενές 2690 idem atque μονόσκορδον 2211; dis Orci sacrum erat. — *A. cæra*: κρόμμυον Pp. Paris 85. 2462. 2584. 2650. 3261; κ. μονογενές Αἰγύπτιον 1340.

*Alœ perfoliata* L.: ἀρώμασιν φαιοῖς οἶον ζύρνα βδέλλης στύρακι καὶ ἀλόη Pp. Lond. 121 l. 434 Anacampseros Plin. 24. 101.

*Anagallis arvensis* L. *cærulea* L.: Plin. 25. 92; ἀναγαλὶς Τοξότου βοτάνη Pap. Leiden. W. I. 22 IX. 11.

*Anchusa Italica* Retz: βούγλωσσον βοτάνην Pap. L. 166 A. 71; Plinio 25. 40 teste animos hilares reddit cum vino commixta. *Anchusa tinctoria* L. ἄγχουσα Pap. a 49 est ex Pamphilo nota: Hopfner I. 120.

*Anemone hortensis* L.: ἀνεμώνη φλογεῖτις Pap. V. 3.25 Plin. 21. 94.

*Anethum graveolens* L. *Fœniculum* L.: μάραθρον ὕδροχόου βοτάνη Pap. Leiden. W I 22, IX 11. ἀνήθον secundum prophetas Dioscurides III 60 (67) vocari dicit semen cynocephali; ἀνήθου σπέρμα (Pap. V. 12, 17), «crines cynocephali» et χυλὸν ἀνήθου «lacrimas cynocephali», ἀνήθον ipsum «γόνου Ἐρμοῦ» appellat.

Ἄνουβιάς Pap. Paris 901.

Arianis Plin. 24. 101.

*Artemisia Abrotonum et arborescens* L. : ἀρτεμισία Pap. Paris 2893, V. 13. 3; χλωρικῆς ἀρτεμισίας P. Paris. 913, ἀβρότονον ex Pamphilo notum cf. Hopfner I. 120; ἀρτεμισία βοτάνη Σκορπίου Pap. Leiden, W I. 22, IX. 11. a magis Artemisia «sanguis Hephaesti» (P. V. 12. 17), Abrotonum «nervi Phœnicis» (Dioscorides III 26 [29] secundum prophetas) vocabantur; ἀρτεμισίας καρδία magi cor accipitris appellabant (P. V. 12. 17). Ἀρτεμισία μονόκλωνος Dioscoride III 17 (127) teste eadem erat atque Toxetesia, Ephesia, Anaktorios, Sozusa, Lycophrys vel Flos Aureus, Sanguis hominis; quæ cum in magia efficacissima esset, omnino Κατανάγκη βοτάνη nominabatur Pap. Paris 3201.

*Arum Dracunculus* L. : ἄρον, ἄρου τὸ ἐντός Pap. X. 10. 17 Plinius 19. 30 forma ἄρις exstat in P. Paris 2308.

*Asarum Europeanum* L. : ἄσαρον Dioscurides I. 9, secundum prophetas «sanguis Martis» vocabatur.

*Aspidium filix mas* L. : πτερίς Dioscurides IV. 183 (186) secundum prophetas «Ramus Mercurii» vocabatur.

*Asparagus acutifolius* L. : ἀσπαράγω ἀγρίω Pap. Paris 810.

*Astragalus Tragacantha* L. nascitur Plinio 13. 36 teste in Creta, remedium contra sagittarum vulnera : τραγακάνθη Pap. X. 10. 17.

*Atriplex Halimus* L. : ἄλιμος Dioscurides I 120, secundum prophetas «vestigium, pes Mercurii» vocabatur.

Βησᾶδος βοτάνης Pap. Paris. 805.

*Balsamodendron Myrrha* Ehrenb. : σμύρνα vel ζμύρνα sæpissime in papyris magicis occurrit; σμυρνόμελαν vel σμύρνιον μέλαν utile ad magicas scripturas fuit Pap. W 8. 4, 11; 10. 18 P 30. 42. 47.

*Boswellia thurifera* Roxh. : λίβανος unde λιβανωτίζειν Pap. W. 24. 4; λ. ἀρσενικός Pap. Paris. 907 Plinius 12. 32; λίβανος ἄτμητος Pap. Par. 1991 2462. 2678. 3196; 214 P. 25.

*Brassica* sp. : βύνεως γλῶσσα a magis vocabatur «crines leonis», χυλός «hominis sucus» Pap. V. 12. 17.

*Bupleurum protractum* L. : pæderos sive Melamphyllum Plinius 22. 34; παιδέρωσ βοτάνη Pap. Paris. 1828 2307 L. 204; ἐμπορφυρίζων Pap. X. 13. 15, 16.

Calamus : Plin. 12. 48, κάλαμος Dioscurides I. 114 an Acorus Calamus L? Hopfner I 140.

Casigneta : Plin. 24. 101.

*Centritis κεντρῖτις βοτάνη* Pap. Paris 773. 898 similis plantæ περιστερεῶν ὀρθός.

*Commiphora Africana* Engl. : βδελλίον Pap. Paris 1310. 1834, p. 286 (βδέλλα); ὄνυχες βδελλίου Hopfner I. 140.

*Coronilla Emerus* L. : σκορπίουρον, Ζυγοῦ βοτάνη, magi «caudam suis» vocabant Pap. V. 12, 17.

*Costi radix* : κόστος Theophrast. Dioscurid. Hopfner I. 139 Pap. Par. 2680 ἄρεως W. 1. 45.

*Crocus sativus* L. ad thurificandum adhibebatur Pap. Paris 1311. 1834. 2461, demot. Londinensis ed. Hess III 29, Hopfner I 125. 138; κρόκος teste Dioscuride secundum prophetas (I 25) «sanguis Herculis» vocabatur.

*Cordia Myxa* L. : περσέα δένδρον Pap. Lond. 198; Paris 782.

*Cucumis Colocynthis* L. : Pap. demot. Lond. ed. Hess III 24 : galgantsi.

*Cuminum Cyminum* L. : κύμινον Pap. Paris 1333, 2708, P. 36, 59, 75, κύμινον Αἰθιοπικόν P. Paris 1333.

*Cupressus sempervirens* L. : κυπάρισσος, χαμαικυπάρισσος defunctis dedicata «quia infructuosa est» Lactantius ad Statii Thebaid. 4. 460 Hopfner I. 137 Pap. W. 9. 21 (κυπαρίσσινα ξύλα).

*Cyclamen europeum* L. : κυκλάμινος Λέοντος βοτάνη Pap. Leiden W. I 22 (IX 11).

*Cyperus longus* L. *rotundus* L. Plutarch Is. 81 Galen I 4. κυπέρεως Ἰταλικῆς 2461 — *C. papyrus* L. : παπυρίνης τραπέζης Pap. A. 209.

*Daphne Gnidium* L. κασίας φύλλον Pap. Paris 1309 κασία Ἐρμοῦ W. 1. 17.

*Delphinium Staphisagria* L. : ἀγρία σταφίς Pap. Paris 686 Plinius 23. 13; 27. 27.

Dionysymphas eadem atque Casignete Plinius 24. 101.

*Elettaria Cardamon* White : καρδάμωμον Plin 12. 50 Dioscurides I. 5.

Ἐρεφύλλινον Soli sacrum : Pap. W. I 22.

*Erigeron* vide *Senecio vulgaris* L.

*Euphorbia characias* L. : τιθύμαλλον Pap. V. 13. 28 a magis ἀσλήρ ἀπὸ κεφαλῆς vocabatur V. 12. 17.

*Faba* : vide *Vicia Faba* L.

*Ficus Carica* L. : σῦκον Pap. Paris 2585 δένδρον L. 201 ισχάδες P. Paris 1835. 3202, p. 244.

*Gelotophyllis* Plinius 24.101.

*Gnaphalium leontopodium* L. : λεοντοπόδιον Dioscurides IV. 229 secundum prophetas «sanguis crocodili» vocabatur.

*Gossypium arboreum* L. κάλπασος sæpissime in papyris magicis occurrit.

*Helianthes*, *Heliocallis* Plinius 24.101.

*Helleborus* sp. : έλλέβορος λευκός a magis γόνος Ηλίου vocabatur Pap. V. 12. 17.

*Hestiatoris* eadem atque *Protomeia* Plin. 24. 101.

*Hippophobes* eadem atque *Achæmenis* Plin. ibid.

*Hedera Helix* : κισσός deis Orci sacra κ. μέλας Pap. Paris 173. 2051. κ. φύλλον Γριών 1992, vocabatur etiam χενόσιρις planta Osiridi dedicata Diodor I 17. 19 Plutarch Is. 37. Tertullian de cor. 7 Hopfner I 133.

*Juniperus communis* L. : άρκευθος, άρκεύθινον ξύλον Pap. Paris. 2386. 2641. 2664. 3146. δένδρον Απόλλωνος ίδιον Schol. Apoll. Rhod. 4, 156 Plin. 24, 36.

*Juncus* sp. : Ξρίον cf. Plut. Is. 81.

*Katánáκη βοτάνη* eadem atque άρτεμισία μονόκλωνος (v. *Artemisia*) Pap. Par. 3201.

*Lactuca Scariola* L. . Ξριδαξ άγρία Pap. V. 12. 17 Dioscurides II 165 secundum prophetas nomen «sanguis Titani» tradit, idemque Pap. V. 12. 17. Hopfner I. 125.

Latace, Plinius 26, 9.

*Laurus Malabathrum* L. vel *Laurus Cassia* : μαλάβαθρον Pap. Paris 2680 Διός Pap. W. 1. 15 κασίας φύλλον P. Paris 1309 Έρμού P. W. 1. 17.

*Laurus Cinnamomum* L. : κιννάμωμον Pap. W. 3. 28 p. 285 κινναμώμιον Pap. A. 217.

*Λευκίονον άνθος* Mercuri sacrum Pap. W. 122.

*Λευκομέτωπον* Pap. Paris 3148 άγριον 2395.

*Lilium Candidum* L. : κρίνον κρινάνθεμον Pap. V. 13. 26 šošēn P. demot. Lond. ed. Hess II 17, IX 1. 6 κρίνων άνθος Iovi dedicatum Pap. Leiden. W. 1. 22 Dioscurides III 106 (116) secundum prophetas «sanguinem Martis» vocari tradit. Oleum σούσιον έλαιον Pap. p. 249 commemorat.

*Linum usitatissimum* L. res ex lino confectæ sæpe occurrunt in magia v. Hopfner I. 132.

Lotus v. Nymphæa.

*Lupinus thermus* L. : Θέρμος a magis αἷμα ἀπὸ κεφαλῆς dicta Pap. V. 12. 17.

*Lycopodium Selago* L.? selago Plinius 24. 62.

Marmaritis eadem atque Aglaophotis Plin. 24. 101.

*Marrubium album* L. *Creticum* L. πράσιον Discorides III 109 (119) secundum prophetas «semen Hori» sanguinemve bovis vocari tradit.

*Matricaria Chamomilla* L. : ἀνθέμιον aut Ἑσθίας αἷμα aut αἷμα ἀπ' ὀσφύος dictum Pap. V. 12. 17, χαμαίμηλον dictum αἷμα κοιλίας ibid. Hopfner I. 125.

*Melilotus vulgaris* L. *cretica* L. : μελίλωτον Pap. Paris 941.

*Mentha tomentella* Lx. (*Thymus Calaminthe* L.; *Melissa altissima* Sibth.) : καλαμίνθη παρθένου βοτάνη Pap. W. I. 22.

Merois sive Æthiopsis Plin. 24. 101.

*Morus alba* L. *nigra* L. : συκαμίνη cuius succus (γάλα) αἷμα χηναλώπεκος vocabatur Pap. V. 12. 17.

*Myrtus communis* L. : μυρσίνη Pap. Paris 2648. 2679; 2582. 2233. p. 72 μυρσινοῖς σοροῖς 1423; mortui myrto coronabantur : Schol. Aristophan. Ranæ 330; dis Orci dedicata erat : Hopfner I. 133.

*Narcissus poëticus* L. : ναρκίσσινον ἄνθος Veneri dedicatum Pap. W. I. 22.

*Nymphæa Lotus*, *Nelumbium speciosum* : λωτός passim in pap. magicis velut Paris, 1693; flos λώτινον ἄνθος P. W. I 22. Marti dedicata erat : Hopfner I. 119. 131.

Oënotheris Plinius 24. 101.

*Olea europæa* : ἐλαία passim velut P. Paris 935. 1229. 1249; teste Plinio 35. 160 Pythagoræi cadavera in myrti oleæ populi nigræ foliis involuta sepe liebant; itaque dis Orci dedicata erat.

Ophiusa Plin. 24. 101.

*Origanum maiorana* L. : σάμψουχον, σαμψούχιον Pap. Leiden. W. I 22; teste Dioscoride III 41 a (47) secundum prophetas «dulcis infans Isidis vel asinus sacerdotis» vocabatur. Saturno dedicatum erat : Hopfner I 119. 125.

Οσελλεξει sive ἀετός Pap. V. 22. 17.

*Pæonia officinalis* L. *corallina* Retz : παιονία Pap. Par. 2268, secundum Dioscuridem III. 147 (151) Selenogonon, Idæi dactyli, Aglaophotis vocabatur.

Πασιθέα ρίζα Pap. V. 12. 13.

*Phoenix dactylifera* L. : φοῖνιξ passim in pap. magicis, ἀρσενικός P. Paris 904. 1343. 3203, Φοινίκων Νικολάων 3201. p. 244. Rami βαίς, βαίων Pap. V. 7. 16.

*Pinus cedrus* L. : κεδρία Pap. V. 13. 18 κεδρίας [γλωσσα] dicebatur «sanguis Saturni» V. 12. 17.

*Piper longum* L. : πεπέρεως λευκοῦ P. Paris 1309; Plinius 12, 14.

*Pistacia Lentiscus* L. : σχῖνος Plutarch Is. 81. *P. terebinthus* L. : τερεβινθίνης P. Paris 1312; nascitur in Syria, Troade, Macedonia Plinio teste.

*Pistia Stratiotes* L. : σῆρατιώτης Dioscurides (IV 100 [102]) secundum prophetas «sanguis felis» vocari tradit.

*Plantago asiatica* L. *lagopus* L. : ἀρνόγλωσσον secundum prophetas Dioscuride II 152 teste «cauda ichneumonis» vocabatur.

*Portulaca oleracea* : ἀνδράχη apud magos «sanguis serpentis» dicta Pap. V. 12. 17.

Potamocys, Potamas eadem atque Thalassegle Plinius 24, 101.

*Potentilla reptans* L. : πεντάφυλλον πενταδάκτυλον Dioscuride IV. 42 teste secundum prophetas «Mercuri digitus» vel «ibeos ala» «unguis» dicebatur.

Protomedia quæ et Hestiatoris Plin. 24. 101.

*Punica granatum* L. : ροιά dis Orci dedicata v. Hopfner I. 113.

*Rapum silvestre* (Plin. 20. 10) *Sinapis arvensis* L. : ἄγριον σεῦτλον P. Paris 812.

*Rhamnus saxatilis* L. *Paliurus lolooides* L. : ράμνος Pap. L. 206, Plinius 24. 6; apud magos ὀσῖοῦν Ἰβέως vocabatur Pap. V. 12, 17 est Hori planta; spina alba Ovid. Fast. 6. 131.

*Ricinus communis* L. : κίκι passim. Dioscurid. IV. 161 (164).

*Rosa* sp. : ρόδον passim, exempli causa Pap. Paris 2232. 2584. 2650; unguentum rosæ 759, ρόδινον ἄνθος Lunæ dedicatum Pp. W. I 22.

*Rubus tomentosus* Willd. : βάτος; apud prophetas Dioscuride IV 17 teste «sanguis Titanis» vocabatur.

*Rumex* sp. : λάπαθον Plut. Is. 81.

*Salix* sp. : ιτέϊνοις ξύλοις Pap. Paris 2397.

*Salvia Æthiopsis* L. : Æthiopsis, Plinius 27. 3: ἐλελίσθακον κριοῦ βοτάνη ἐστίν Hopfner I 119.

*Scandix Cerefolium* L. : παιδέρωσ Pap. Paris 2307 βοτάνη 1828; L. 204. Plinius 19. 54.

*Scilla maritima* C. : σκίλλα Plinius 20. 39 (101) Dioscurides II 202. v. Hopfner I. 137.

*Semnium idem atque Theombrotium* Plin. 24. 101.

*Sempervivum tectorum* L. : αείζων P. Paris 1082. 2144 χρυσόσπερμον vel (αἶμα) ποδός (sanguis pedis) Pap. V. 12. 17.

*Senecio vulgaris* L. : κόνυζα apud magos γόνος Ἡφαίστου Pap. V. 12, 17; secundum prophetas apud Dioscuridem III. 126 (136) βρεφοκτόνος vocabatur.

*Sesamum orientale* L. : σησαμίνω ἐλέω (L. ἐλαίω) Pap. Lond. 122, l. 88.

*Sinapis arvensis* L. : ἄγριον σεῦτλον Pap. Paris 812 Plinius 20. 10 (Rapum silvestre).

*Smyrniium olusatrum* H. : σέλινον dis Orei dedicatum Plin. 20. 44.

*Statice limonium* Spengel, *Beta vulg.* L. : λειμώνιον Dioscurides IV 16; etiam «cor lupi» apud prophetas dictum.

*Styrax officinalis* L. : στύραξ Pap. Paris 1312. 1832. 2460. 2642, p. 285 Κρητικόν 2872 στυρακίνω ἐλαίω 1339; in Syria nascitur.

*Symphytum Brochum* Bory : σύμφυτος Καρκίνου βοτάνη Hopfner I 119.

*Tamarix orientalis*, *T. articulata* : ἀκακαλλίς semen (Dioscurid. I. 118) a magis etiam sanguis oculi dictum Pap. V. 13. 7.

*Theangelis* Plin. 24. 101.

*Theombrotium idem atque Semnium* Plin. 24. 101.

*Therionarea* Plin. 24. 101.

*Tragopogon picroides* L. : ιερακίτις βοτάνη Pap. L. 221, Paris 901 Hieracia Plin. 20. 26.

*Trifolium* sp. : τρίφυλλον Pap. V. 13.27 a magis γόνος Ἄρεως dictum.

*Trigonella elatior* Sibth. : μαλάχη v. Hopfner I. 137.

*Uva lactuca* L. : σφάγνον Pap. Paris 2584. 2650. 2873. 3096 bryum Plin. 27. 33 cf. 24. 17.

*Valeriana Iatamansi* Iones : νάρδος Ἰνδικός Ἀφροδίτης Pap. W. 1. 17 Plin. 12 ναρδίνου ἐλαίου, p. 278.

*Veratrum album* L. : ἐλλέβορος λευκός V. 13. 19 secundum magos «semen Herculis» dictum.

*Verbena officinalis* L. : περιστερεών ὑπὸ Διδύμου βοτάνη Hopfner I. 119 Hierobotane Plin. 25. 59; περιστερεών ὀρθός Ταύρου βοτάνη Hopfner I. c.

*Vicia Faba* L. : κύαμος P. Paris 2682; κ. Αιγύπτιος X. 11. 30, dis Orci dedicata.

*Vitex agnus castus* L. : ἄγνος ex Pamphilo nota, Hopfner I 120; Dioscuride I. 134 teste a prophetis «venerabilis» «sanguis iberos» dicta.

*Vitis vinifera* L. vinum variaëque vini species passim in papyris magicis occurrunt.

Χελκβει βοτάνη Pap. A 71.

C. WESSELY.